Thomae de Aquino

Glossa continua super Evangelia [= Catena aurea]

<Prooemium in Ioannem>

Vidi Dominum sedentem super solium excelsum et elevatum;
et plena erat domus a maiestate eius;
et ea quae sub ipso erant, replebant templum. (Is VI,1)

Glossa. "Divinae visionis sublimitate illustratus Isaias propheta dixit: 'Vidi Dominum sedentem et cetera."

Hieronymus *super Isaiam*.[1] "Quis sit iste Dominus qui videtur, in Evangelista Ioanne plenius discimus, qui ait: 'Haec dixit Isaias, quando vidit gloriam Dei, et locutus est de eo' [*Io*. XII,41]: haud dubium quin Christum significet."

Glossa. "Unde ex verbis istis materia huius Evangelii, quod secundum Ioannem describitur, designatur."

Ex Eccles. Hist.[2] "Quia enim nativitatem salvatoris secundum carnem vel Matthaeus, vel Lucas descripserant, reticuit hic Ioannes, et a theologia atque ab ipsa eius divinitate sumit exordium; quae pars sine dubio ipsi velut eximio per Spiritum Sanctum reservata est."

[1] Hieronymus, *Commentarii in Isaiam* III 6,1 (CCSL 73, 84.36-39).
[2] Eusebius von Cäsarea, *Historia ecclesiastica (transl. Rufini),* III 24, § 13 (GCS 9.1,249,16-19).

Thomas von Aquin

Fortlaufende Glosse zu den Evangelien [= Goldene Kette]

Vorrede zum Johannes-Evangelium

Ich sah den Herrn sitzen auf einem emporragenden und erhöhten
Thron, und erfüllt war das ganze Haus von seiner Majestät,
und was unter ihm war, erfüllte den Tempel. (Jes 6,1)

Glosse. „Von einer hohen göttlichen Vision erleuchtet, sprach der Prophet Jesaja: ‚Ich sah den Herrn sitzen' usw."

[1. Inhalt]

Hieronymus, *Über Jesaja*. „Wer dieser Herr ist, der [von Jesaja] gesehen wird, lernen wir vollständig beim Evangelisten Johannes, der sagt: ‚Dies sagte Jesaja, als er die Herrlichkeit Gottes sah, und von ihm ist die Rede' [*Joh* 12,41]. Es besteht kein Zweifel darüber, daß er Christus bezeichnet."

Glosse. „Daher wird mit diesen Worten der Inhalt dieses Evangeliums, das nach Johannes benannt ist, bezeichnet."

Aus der Kirchengeschichte. „Da nämlich Matthäus und Lukas die Geburt des Erlösers dem Fleisch nach beschrieben hatten, überging Johannes sie hier und nahm seinen Ausgang bei der Theologie und seiner Gottheit selbst. Dieser Teil wurde ihm ohne Zweifel als dem Vorzüglichsten durch den Heiligen Geist zugedacht."

Alcuinus.[1] "Unde cum omnibus divinae Scripturae paginis Evangelium excellat, quia quod lex et prophetae futurum praedixerunt, hoc completum dicit Evangelium; inter ipsos autem Evangeliorum scriptores Ioannes eminet in divinorum mysteriorum profunditate: qui a tempore dominicae ascensionis per annos sexaginta quinque verbum Dei absque adminiculo scribendi usque ad ultima Domitiani tempora praedicavit; sed post occisionem Domitiani, cum, Nerva permittente, de exilio rediisset Ephesum, compulsus ab episcopis Asiae, de coaeterna Patri divinitate Christi scripsit adversus haereticos, qui Christum ante Mariam fuisse negabant. Unde merito in figura quattuor animalium aquilae volanti comparatur, quae volat altius cunctis avibus, et solis radios irreverberatis aspicit luminibus."

Augustinus, *in Ioannem*.[2] "Transcendit enim Ioannes omnia cacumina terrarum, transcendit omnes campos aeris, transcendit omnes altitudines siderum, transcendit omnes choros et legiones Angelorum: nisi enim transcenderet ista omnia quae creata sunt, non perveniret ad eum per quem facta sunt omnia."

Augustinus, *de Cons. Evang*.[3] "Ex quo intelligi datur, si diligenter advertas, tres Evangelistas temporalia facta Domini et dicta quae ad informandos mores vitae praesentis maxime valerent, prosecutos, circa activam virtutem fuisse versatos; Ioannem vero facta Domini multo pauciora narrantem, dicta vero eius, praesertim quae Trinitatis unitatem et vitae aeternae felicitatem insinuarent, diligentius et uberius conscribentem, in virtute contemplativa commendanda suam intentionem praedicationemque tenuisse.

[1] Richtig: Anselm von Laon, *Glossae super Ioannem*, prothemata 4 (CCCM 267, 4.31-44).

[2] Augustinus, *In Ioannis evangelium tractatus*, I § 5.5-9 (CCSL 36,3).

[3] Vgl. Augustinus, *De consensu evangelistarum* I 4 (CSEL 43,6,16-20); I 5 (CSEL 43,8,14-9,26); I 6 (CSEL 43,10,7-14).

[2. Verfasser und 3. Sinnbild]

Alkuin. „Wenn daher auf allen Seiten der Heiligen Schrift das Evangelium besonders hervorragt, weil dasjenige, was das Gesetz und die Propheten als zukünftig vorhersagten, das Evangelium als erfüllt zeigt, so ragt doch unter den Verfassern der Evangelien Johannes durch die Tiefe der göttlichen Geheimnisse heraus. Er predigte von der Zeit der Auferstehung des Herrn an fünfundsechzig Jahre das Wort Gottes ohne schriftliche Hilfsmittel bis zu den letzten Zeiten des Domitian. Als er aber nach dem Tod des Domitian mit der Erlaubnis des Nerva aus der Verbannung nach Ephesus zurückgekehrt war, schrieb er, auf Drängen der Bischöfe Asiens von der mit dem Vater gleichewigen Gottheit Christi gegen die Irrlehrer, welche behaupteten, daß Christus vor Maria nicht gewesen sei. Daher wird er mit Recht von den vier Tiergestalten dem fliegenden Adler verglichen, der höher als alle Vögel fliegt und die Sonnenstrahlen im nichtgebrochenen Licht anblickt."

Augustinus, *zu Johannes*. „Johannes überschreitet nämlich alle Räume der Luft; er überschreitet alle Höhen der Gestirne; er überschreitet alle Chöre und Legionen der Engel. Wenn er nämlich nicht alles, was geschaffen ist, überschreiten würde, würde er nicht zu dem gelangen, durch den alles geschaffen wurde."

[4. Ziel]

Augustinus, *Von der Übereinstimmung der Evangelisten*. „Daraus läßt sich ersehen, wenn du es sorgfältig betrachtest, daß die drei anderen Evangelisten die zeitlichen Werke des Herrn und die Worte, die vor allem zur Unterrichtung in den Sitten des Lebens dienten, verfolgt haben und auf die tätige Tugend gerichtet waren. Johannes dagegen erzählt viel weniger die Taten des Herrn, mit seinen Worten, vor allem mit jenen, die auf die Einheit der Dreifaltigkeit und auf die Glückseligkeit des ewigen Lebens gehen, faßt er vielmehr genauer und reichlicher zusammen und richtet seine Absicht und Verkündigung darauf, die betrachtende Tugend zu empfehlen."

Unde animalia tria, per quae tres alii Evangelistae designantur, sive leo, sive homo, sive vitulus, in terra gradiuntur: quia tres Evangelistae in his maxime occupati sunt quae Christus in carne operatus est, et quae praecepta mortalis vitae exercendae carnem portantibus tradidit; at vero Ioannes supra nubila infirmitatis humanae velut aquila volat, et lucem incommutabilis veritatis acutissimis atque firmissimis oculis cordis intuetur: ipsam enim maxime divinitatem Domini, qua Patri est aequalis, intendit, eamque praecipue suo Evangelio, quantum inter homines sufficere credidit, commendare curavit."

Glossa. "Potest igitur Evangelista Ioannes cum Isaia propheta dicere

– 'Vidi Dominum sedentem super solium excelsum et elevatum', inquantum acumine visus sui Christum in divinitatis maiestate regnantem inspexit; quae quidem etiam sua natura 'excelsa' est, et super omnia alia 'elevata'.

– Dicat etiam Evangelista Ioannes: 'Et plena erat domus a maiestate eius': quia per ipsum narrat omnia esse facta [cfr. *Io*. I,3], et suo lumine omnes homines in hunc mundum venientes illustrari [cfr. *Io*. I,9].

– Dicat etiam quod 'ea quae sub ipso erant, replebant templum'; quia dicit 'Verbum caro factum est; et vidimus gloriam quasi unigeniti a Patre, plenum gratiae et veritatis' [*Io*. I,14], secundum quod de plenitudine eius nos omnes accepimus.

Sic igitur praemissa verba materiam huius Evangelii continent, in quo ipse Ioannes

– 'Dominum super solium excelsum sedentem' insinuat, divinitatem Christi ostendens;

– et 'terram ab eius maiestate impleri ostendit, dum omnia per eius virtutem in esse producta ostendit, et propriis perfectionibus repleta;

– et inferiora eius, idest humanitatis mysteria, templum, idest Ecclesiam, replere docet, dum in sacramentis humanitatis Christi et gratiam et gloriam fidelibus repromittit."

Daher schreiten die drei Lebewesen, durch welche die drei anderen Evangelisten bezeichnet werden, nämlich der Löwe, der Mensch und der Stier, auf der Erde dahin, weil die drei Evangelisten vor allem mit dem beschäftigt sind, was Christus im Fleisch getan hat und welche Vorschriften er den im Fleisch Lebenden zur Führung des sterblichen Lebens gegeben hat. Johannes dagegen fliegt wie ein Adler über die Wolken der menschlichen Schwachheit und schaut das Licht der unwandelbaren Wahrheit mit den schärfsten und sichersten Augen des Herzens. Denn er richtet sich vor allem auf die Gottheit des Herrn, in der er dem Vater gleich ist, und sorgt sich in erster Linie darum, sie durch sein Evangelium, soweit er es unter den Menschen für zureichend hielt, hervorzuheben."

Glosse. „Der Evangelist Johannes kann also mit dem Propheten Jesaja sagen:

– ‚Ich sah den Herrn sitzen auf einem emporragenden und erhöhten Thron', insofern er mit scharfem Blick Christus in der Majestät der Gottheit herrschen sah. Diese ist auch ihrer Natur nach ‚emporragend', über alles andere ‚erhöht'.

– Auch kann der Evangelist Johannes sagen: ‚Und erfüllt war das ganze Haus von seiner Majestät', denn er berichtet, daß ‚alles durch ihn geschaffen wurde' [*Joh* 1,3], und ‚durch sein Licht alle Menschen, die in diese Welt kommen, erleuchtet werden' [*Joh* 1,9].

– Auch kann er sagen, daß ‚das, was unter ihm war, den Tempel erfüllte', denn er sagt: ‚Das Wort ist Fleisch geworden, und wir haben die Herrlichkeit wie die des Einziggeborenen des Vaters, voller Gnade und Wahrheit, gesehen' [*Joh* 1,14], wonach wir alle von seiner Fülle empfangen haben.

So enthalten also die vorangehenden Worte den Inhalt dieses Evangeliums, in dem Johannes

– den Herrn ‚auf einem emporragenden Thron sitzend' vorstellt, indem er die Gottheit Christi zeigt,

– und ‚die Erde von seiner Majestät erfüllt' zeigt, da er zeigt, daß alles durch seine Kraft ins Sein hervorgebracht und mit eigenen Vollkommenheiten erfüllt worden ist,

– und er lehrt, daß sein Unteres, das heißt die Geheimnisse der Menschheit, ‚den Tempel', das heißt die Kirche, erfüllt, da er in den Sakramenten der Menschheit Christi die Gnade und die Herrlichkeit den Gläubigen verheißt."

Chrysostomus, *in Ioannem*.[1] "Quando igitur barbarus hic et indisciplinatus talia loquitur quae nullus eorum qui in terra sunt hominum novit unquam, si hic solus esset, miraculum magnum esset. Nunc autem cum his et aliud isto maius tribuit argumentum, quod a Deo inspirata sunt ei quae dicuntur hic, scilicet quod omnes audiunt, et suadet omnibus per omne tempus. Quis ergo non admirabitur habitantem in eo virtutem?"

Origenes.[2] "Ioannes interpretatur gratia Dei, sive in quo est gratia, vel cui donatum est. Cui autem theologorum donatum est ita abscondita summi boni penetrare mysteria, et sic humanis mentibus intimare?"

(Lateinischer Text: corpusthomisticum.org)

[1] Johannes Chryostomus, *In Ioannem homiliae* 2, *Burgundionis versio,* BnF, lat. 15284, f. *5va. - In Ioannem homiliae* 2 § 2 (PG 59, 31.35-42).

[2] Origenes, *Commentarium in Ioannem 1,6,* tom. 2, 33 (27) 198 (GCS 10, 90.23-91.2).

Chrysostomus, *zu Johannes*. „Wie redet dieser Ungebildete und Ungelehrte derartiges, was keiner von den auf Erden lebenden Menschen je erkannt hat? Wenn es dies allein wäre, so wäre es ein großes Wunder. Nun aber liefert er mit diesem den noch viel größeren Beweis, daß ihm das, was hier gesagt wird, von Gott eingegeben wurde, nämlich das, was alle hören, und was er allen für immer nahelegt. Wer also sollte die Kraft nicht bewundern, die in ihm wohnt?"

Origenes. „Johannes bedeutet ‚Gnade Gottes', oder ‚worin die Gnade ist', oder ‚dem [sie] gegeben ist'. Welchem Theologen aber wurde gegeben, so die verborgenen Geheimnisse des höchsten Gutes zu durchdringen und so dem menschlichen Geist vertraut zu machen?"

(Deutsche Übersetzung: Hanns-Gregor Nissing)